



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De synodis Episcoporum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

Anno Domini M. CCCC. XXXVII.  
die XXII mensis Nouemb. is. Regnorum no-  
torum Anno Hungariae, XLVI. Romano-  
rum XXIII. Bohemiae vero XIII.

DE SYNODIS EPI-  
SCOPORVM CATHOLICORVM  
PROVINCIALIBVS.

Quoties & quando debeant celebrari, quidq; in iis  
tractandum, vnde originem sumserint, & quid incogi-  
tandi ex earum intermissione in Ecclesiis nascatur.

IVST. IMP. IN AVTH. DE SANCTISS.  
Episc. &c. s. vt omnis. collat. 9.

VT omnis Ecclesiasticus status, & sacra re-  
gulae diligenter custodiantur, iubemus v-  
numquemq; beatum Archiepiscopum & Pa-  
triarham & Metropolitam sanctissimos Epi-  
scopos, sub se constitutos in eadem prouincia  
semel & secundo per singulos annos ad se co-  
uocare, & omnes causas subtiliter examinare,  
quas Episcopi, Clerici et Monachi ad inuicem  
habeant, easque disponere, & super hoc quic-  
quid extra regulas a quacunq; persona delin-  
quitur, emendare.

Synodus pro-  
uinciales bis  
in anno cele-  
brandas.

Hec constitu-  
tio alias habe-  
numero 137.  
& ab Anto-  
nio Cotto ex  
Graco in I. p-  
tinum trans-  
lata est.  
Synodorum in-  
termis:ione  
peccata cleri-  
corum crelesca

IDEM IMP. IN AVTH. DE ORDINAT.  
Episcop. & cleric. s. sanè mul:os. coll. 10.

Sanè multos ex eo maximè deprehendimus  
in peccata tuisse prolapsos, quod non sunt  
facta Synodi sanctissimorum sacerdotum, iu-  
sta ea, quae à sanctissimis Apostolis et Patribus  
definita sunt. Si enim hoc fuisset obseruatum,  
quilibet,

quilibet metuens grauem in Synodo accu-  
sationem, studuisset vtique & sacras edic-  
tiones, & temperanter viuere, ne condem-  
nationi diuinorum Canonum subiaceret.

IDEM IVST. IN D. AVTH. I.  
quando autem.

**Q**uando autem, quod in canonibus can-  
onum est de Synodis sanctissimorum Ep-  
iscoporum per singulas prouincias congrega-  
tione hucusque minimè obseruatum est, illud in-  
ter mis corrigere est necessarium. Sancti igitur  
apostoli & Patres definirunt, bis in vno  
anno fieri debere Synodus sanctorum sa-  
ctum in vnaquaque Prouincia, & emer-  
gentibus causis excuti, & competentem accipere  
sententiam: hoc est, vnam quidem in quatuor-  
tesimo mense sanctæ Pentecostes, altera vero  
septimo mense. Nos autem inuenientes, quod  
huiusmodi negligentia multi diuersis  
causis impliciti sunt: iubemus omnibus  
vnam Synodum fieri singulis annis in  
Prouinciis, mense vel Iunio, vel Septembri  
conuenire quidem apud beatissimos Patres  
episcopos, illos, qui ab ipsis ordinati sunt, & qui  
habent ius alios Episcopos ordinandi: atque  
sanctissimos Metropolitans cuiusque Prouin-  
ciae, eos qui ab eis sunt ordinati. Quo in  
casibus motas lites & interpellationes vel pro  
fidei canonice questionibus, vel administratione  
rerum Ecclesiasticarum, vel de Episcopis  
presbyteris, vel diaconis, aut aliis clericis

Apostolos &  
ceteros Patres  
de Synodis ce-  
lebrandis dif-  
finuisse.

Synodi quo  
tempore anni  
celebrandæ,

Synodus ad  
minus in an-  
no semel ce-  
lebrandas.

Quid agendū  
in Synodis.

de Abbatibus, vel Monachis, vel de accusata  
vita, vel de aliarum rerum correctione, moueri  
quidem & agitari, & conuenienter examinari,  
& eorum correctionem secundum sacros ca-  
nones procedere, & secundum nostras leges.  
Non solum autem in vniuersariis Synodis ista  
queri volumus, sed etiam quoties quidam Sa-  
cerdotum vel Clericorum, vel Abbatum, vel  
Monachorum accusabuntur, vel de fide, aut  
turpi vita, aut ob aliquod aliud contra sacros  
Canones admissum: Et siquidem Episcopus est  
is qui accusatus est, eius Metropolitanus exa-  
minet ea, quae dicta sunt: si verò Metropolita-  
nus sit, eius beatissimus Archiepiscopus sub  
quo degit. Si verò presbyter, vel diaconus, vel  
alius clericus, vel Abbas, vel Monachus, tunc  
sanctissimus Episcopus cui subsunt, examinet  
delatas huiusmodi querelas, & cum veritas  
probata fuerit, vnusquisq; pro qualitate deli-  
cti canonicis poenis subdatur examinantis ar-  
bitrio. Haec autem omnia obtinere volumus  
non solum in ordinandis posthac Episcopis,  
& Clericis, & Abbatibus, sed etiam in his quae  
nunc sunt, & qui ex quibuscumque causis per  
Canones & nostras leges interdictis accusan-  
tur. Si enim haec ita obseruata fuerint, & Laici  
maximum hinc & ad rectam fidem, & ad vi-  
tæ honestatem profectum promerebuntur, &  
percipient.

IDEM APVD IULIAN. PATR. CON-  
stit. 115. §. vnusquisque Episcopus.

Vnus-

**V**Nusquisque Episcopus vel Patriarcha  
Metropolitanus subiectos sibi Episcopos  
semel aut bis per singulos annos cōuocare  
bet, & oēs causas subtiliter cognoscere,  
Episcopi, vel Clerici, vel Monachi tecum  
bent, easque componere, & si quid circa  
nones ex quacunque persona admissum  
mendare.

VALENS, GRATIAN. ET VALENTINIANUS  
Imp. in l. qui mos est. C. Theodol. De Episcopis  
& Eccles. & cleric.

Fori Eccles. &  
ciuilibus com-  
paratio.

**Q**ui mos est causarum ciuiliū idem  
in rebus Ecclesiasticis est: ut si qua  
quibusdam dissensionibus, leuibusque  
ad religionis obseruantiam pertinentibus,  
& à sua dioceseos Synodis audiantur.

## DE RECTA VERB PRÆDICATIONE.

**D**E Prædicatione isthac pauca quæ  
ex Imperatorum legibus excerpta, hic  
volui, quibus monemur ne facile ab omni  
ftrina nos vel huc vel illuc moueri patiamur,  
ne hæresum seminatoribus aires præbeamus,  
tuncunq; Evangelica crepent verba, cuius  
lij prætextu iam inde à temporibus Apostolorum  
pliciores homines, nonnunquam etiam, & sapientiores  
dem ij, qui sibi bellè sapere videbantur, à catholice  
disertis Hæreticis à vero intellectu, & recta  
in denium seducti sunt, quod & hodiè passim  
maius

Sub prætextu  
Euāgelij mul-  
tas animas  
perdi.